Quelle: http://manuscripta.at/?ID=40433
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Prologus operis sequitur

Qui me elucidant vitam eternam habebunt dicit divina sapiencia
Ut tantam graciam invenissem in oculis domini ut sapienciam suam
possem aliqualiter elucidare et vitam eternam possidere Propterea
invoco deum omnipotentem sine cuius auxilio nullum rite fundatur ex
ordium ut emittat sapienciam suam de sede magnitudinis sue ut
mecum sit et mecum laboret ad elucidandam sapienciam ut sciam quid
acceptum quid verum quid senciendum quid affirmandum quidve negandum sit
de ipsa divina sapiencia coram ipsa omni tempore In cuius pietate et auxi
lio confisus tradituris aliquas elucidaciones mistice theologie
hoc opusculum in tres partes distinguo In quarum prima per distincciones
aliquas et descripciones precedens meterem meam de theologia mistica
explanabo In secunda vero parte quid divinus dyonisius de mis
tica theologia sensisse videatur prout divina sapiencia donaverit eluci
dabo In tercia parte cum plurimis elucidacionibus divine sapiencie quedam
dicta hugonis de palma discuciendo tractabo Prima pars continet
duodecim capitula que sequuntur

Capitula prime partis

1 Ponit quasdam generales distincciones
2 Ponit distincciones speciales magis descendendo ad suum propositum
3 Probat esse aliquam theologiam affectus seu amoris
Infert duo correlaria
4 Descendit ad practicam ponendo unam cautelam
5 Ponit aliam cautelam
6 De acquisicione divini amoris
7 Tractat de facilitate theologie et introducit plures modos contempla
8 di quos comparat modo amatorio
Tractat de preciositate theologie
9
Incipit tractatus de theologia mistica
10 Descendit specialius ad theologiam misticam excitatorum in operibus virtu
11 tum et pietate et in bonis affeccionibus
12 Ostendit quod non est distinccio realis inter theologiam misticam contem
placionum et theologiam misticam amatorum confirmat id et porta ex dictis
Boe etc

Sequitur tractatus elucidacionum mistice theologie marquardi Sprenger
magistri arcium studii wienensis